



E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

C. q. 14.

174
1597-1747

68

DRAMA. ORATORIUM.
DE
HERCVLE. IN. BIVIO.
CONSTITVTO.
IN. ALMO. SAXONUM. QUEDLEO.
DIE. AUGUSTI.

SUB. IPSUM. DUODECIMÆ. MERIDIANÆ.
AUSPICIUM.

REPRÆSENTANDUM.

AD. QVOD.

OCULIS. AURIBUS. ANIMISQ.
LÆTIS. PRONIS. RENEVOLIS
HAURIENDUM.

66

REL. SCHOLASTICÆ. PATRONOS. ET. OMNES.
OMNIUM. ORDINUM. FRUDITOS. BONOSQ.
DISSERTATIVNCVLA.

DE.

POLYTHEISMO. GENTILIVM.
SUBMISSE. OFFICIOSEQ. INVITAT.

M. JOHANNES HENNINGIVS.
SOLQVELLA. MARCHICVS. P. L. CÆS. ET.
ILLVSTRIS. QVEDLEI. CONRECTOR.

MAGDEBURGI.

TYPIS. JOH. DAN. MULLERI. A. Æ. D. cl3 18 LXXVII.



VIRO

Arte Virtuteq; verè Nobili

DN. NICOLAO
VVILLMANNO,

Vectigalium Publicorum in Ducatu Halberstadiensi Di-
rectori Summo Spectatissimo, Reique publicæ Gardelegiensis
in Veteri Marchiâ Consuli Gravissimo:
Necnon Hujus Genero

VIRO

Nobili prudentiâq; ac doctrinâ excellenti

DN. GEORGIO CHRISTIANO
SCRIBÆ,

Camerae Electoralis Brandenburgicæ, & Judiciî Provincialis,
quod Stendaliæ est in Veteri Marchiâ, Advocato
Ordinario Celeberrimo,

Patronis ac Amicis suis multis nominibus honorandis
Has, qualescunq; pagellas,

Memoriam sui renovaturus, commendaturus,
Bonâ mente

D. D. D.

M. JOH. HENNINGIUS,
Helio-Heptapolitanus.



On minus graviter quàm verè disertis-
simus Romuli Nepotum Cicero dicit:
*Nulla Natio tam barbara est, nulla Gens tam
effeata, cui non insideat hæc persuasio
DEUM esse.* (a) Ipsa enim Natura, ut
jam de Libro Scripturæ taceam, ali-

(a) lib. I. de
nar. Deor.

quam de DEO notitiam hominibus suggerit, quam
Naturalem vocamus, quâ DEUS ex principiis natura
notis cognoscitur, vel per insitas *noivàs évvolas* commu-
nes notitias, vel contemplationem creaturarum & o-
perum DEI, qualia sunt universus mundus, & quæcun-
que ejus ambitu continentur. Prius si non aliunde,
(b) ex interno certè Conscientiæ testimonio abunde
constabit. Hoc enim dicitur esse aliquem, qui vitia
punit & præmiis virtutes ornet, summum Dictato-
rem. Unde quæso terror est & angor homini, cujus
peccatum est occultum, aut qui cum aliàs tantâ aucto-
ritate & potentiâ pollet, ut à pœnis politicis se immu-
nem reddere queat, usque adeo tamen sæpe excrucia-
tur, ut vel pœnam ab alio poscat, vel sibi ipse inferat,
vel supremo vitæ die trepidet, semet ipsum furiis ac
Diris emancipet? unde quæso hæc angustia, si non est
à sensu Numinis & expectatione severi judicii (non
humani quod effugit, sed) divini? Certè naufragi Tro-
jani ad Carthaginensia littora appulsi, cum se paucos
& armis destitutos in tam populosâ & armatâ civitate
viderent, nullo alio clypeo se regi posse arbitratj sunt,
quàm

(b) Rom.
I, 14.

(c) Virgil.
lib. I. Æ-
neid. v. 546.

quàm summi Numinis providentiã in suppliciis aut
præmiis distribuendis, utuntur illi his verbis: (c)

*Si genus humanum & mortalia temnitis arma,
At sperate, Deos memores fandi atq; nefandi.*

h. e. ut Farnabius commentatur: Certò scitote atque
expectate Deos remuneratores justi fore atque injusti.
Domitius Nero, portentum illud generis humani, of-
ficina crudelitatis & omnis turpitudinis quasi specu-
lum, cum Octaviam uxorem, matrem Agrippinam
ac Præceptorem Senecam indignis modis interfecis-
set, Conscientiam sceleris, licet & militum, & Sena-
tus populique gratulationibus confirmaretur, ferre
non potuit, sæpe confessus, exagitari se maternã spe-
cie, verberibus furiarum & tædis ardentibus. Quin
& factò per Magos sacro, evocare manes & exoptare
Deos tentavit, tandem autem Conscientiæ dolore
oppresso ipse gladio se transfixit, ita ut in summa illã
malitiã opinio tamen & frænum aliquod de Numine

(d) Dion.
& Sveton.
in Neron.

accesserit. (d) Idem Conscientiæ testimonium per-
spicimus in C. Caligula, qui cum Deos tantopere con-
temneret ac despiceret, ad minima tamen tonitrua &
fulgura connivere & caput obvolvere, ad majora verò
proripere se è strato, sublectumque condere solebat,

(e) Sveton.
in vit. Cal-
lig. c. 51.

(e) subinnuens tacitè, esse aliquod Numen, a quo hæc
orientur, quodque habeat potestatem flagitia punien-
di. Ex inspectione mundi & contemplatione creatu-
rarum posse gentes discere, DEUM esse, electum ac
perfectum Spiritus S. organum Paulus docet: τὸ γνω-
σθὲν τῆ θεῶν φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, ὁ γὰρ θεὸς ἐφανερώσεν αὐτοῖς.
Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτῶν διὰ τὴν κτίσιν κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα
κατορθῶται, ἢ τε αἰδιῶ αὐτῶν δύναμις καὶ θεϊότης. Quod de
DEO cognosci potest, manifestum est in illis, Deus enim illis
pote-

patet fecit. Nam quæ sunt invisibilia ejus, ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, pervidentur, ipsaque æterna ejus potentia & divinitas. (f) In mundum ut in scenam & orchestram producti sunt homines, quasi spectatores rerum superarum & coelestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet, (g) Itaq; Mundus quædam quasi schola est, & quilibet sui ipsius Magister. Mundus, ut Basiliius magnus nomine, doctrinâ & eloquentiâ maximus ait, est τῶν ψυχῶν λογικῶν διδασκαλεῖον, καὶ τῆς θεογνωσίας παιδευτήριον. (h) Mundus est Creatoris sui præco, cithara Dei, & ut Cælum vocavit Varro, mobilis Divûm Lyra. Phidiam scribit Apulejus, (i) in clypeo Minervæ oris similitudinem colligasse, ita ut si quis artificum voluisset exinde imaginem separare, solutâ compage, si mulacritotius incolumitas interiret: ad hoc instar Mundi salutem tuetur Deus, aptâ & revinctâ sui Numinis majestate. Ergo ut ex lineis accuratissimæ subtilitatis Apellem summum pingendi artificem agnovit (k) Protogenes; sic Deum ex operum suorum lineamentis licet intelligere, quantus sit opifex. Expulcherimâ rerum creatarum specie colligi potest, quanto speciosior sit creator ἐτὴν καλλίας γενεσιάρχης (l) Etenim quicquid pulchri est in hoc universo, ab ipso fuit, velut ἐκ πηγῆς αἰωνίας καὶ ἀκηράτης, inquit Maximus Tyrius, Platonius Philosophus & sub Commodò Imp. Senator Romanus. (m) Ut ut verò beneficio luminis Naturæ, & intuitu creaturarum cognoverint Gentiles, dari Deum, ignorarunt tamen qualis ille esset, & quo cultu affici deberet, de Revelationis lumine parum solliciti. Hinc eorum opiniones in Diis sibi præstituendis a deo fecundæ fuerunt, ut major penè Cælitum Deorumq;

(f) Rom. 1.
 v. 19.

(g) Cic. 2.
 de nat. deor.

(h) in Hexæ
 amero.

(i) lib. de
 Mundo p.
 72.

(k) Plin. 1.
 35. N. H. c.
 10.

(l) Sap. 13.
 v. 3.

(m) Differs
 tat. 1.

populus reperius sit, quam hominum, ut ait maguus ille Na-
turae Mystes Plinius. (m) Etenim aureo illo Aurelio
canente: (o)

(n) lib. 2. c.
7. (o) lib.
1. contra
Symm.

*Quicquid humus, pelagus caelum mirabile gignunt,
Ia dixere Deos; colles, freta, flumina, flammæ.*

(p) Ora. de
Theologia
Paganorū.

(q) lib. 4.
Æneid.

Palmare decus Musarum Boethornius: Tot, iuquit,
Dii prodire quibus recensendis non sufficiunt numeri omnes
Arithmeticozum, (p) Sacerdos illa apud Virgilium (q)

Tercentum tonat ore Deos.

Hesiodus, teste Eusebio, 30000. Augustius 300000.
idolorum numerat, adeo ut numerus semper Zifra cre-
verit, nec temere quis posset,

Vatibus ut mos est, centum sibi poscere voces,

Centum ora, & centum linguas optare,

Lapides & ligna & truncos & metalla & Herbas &
bestias & aliostrigenas Deos Deasque, quibus tot
sacrificarunt gentes, tot familiae, tot homines,
recensiturus, quod ut vires nostras, sic paginas
has ac tempus excederet. Interim Polytheismi hu-
jus Originem & Causas strictim saltem ac modicè in
præsens persequemur, non omninò silentii peplo præ-
stitum idolis variis cultum involventes.

Nimirum princeps Polytheismi causa videtur esse
voluntaria illa Ignorantia hominum mentibus sensim
inducta. Cum enim Deus Opt-Max, naturali lumi-
ni succurreret lumine Revelationis, ut certiones de iis
homines redderet, quæ vi luminis Naturæ cognosci
non possent, tantum abfuit, ut cum debita veneratione
magni Dei curam suspicerent, ut potius plurimi ex iis
in super haberent Revelationem. Parentes quæ à ma-
joribus acceperant, segniter tradebāt liberis, & liberi,
utpote frequenti relatione defessi minus fideliter
servabant, quæ à parentibus tradebantur. Inde
fiebat, ut divini cultus cognitione ex eorum cor-

diuus evanescente, miseri mortales in r-
 mos inciderent errores, & coelum ipsum
 stultitiâ. Non capiebant, supremum
 minum, *Φῶς δὲ κενύτα ἀπ' ἑσπέρου*, (r) und
 creaturas delapsi omnia, quæ in
 admirabilia in orbe spectabantur
 bant. Fulgebat in Cœli ma-
 princeps Sol, ac hominum
 convertibat. Fulgebat Lun-
 citus, quæ luce, motu, pulchri-
 tiis sese commendabant. Hæc
 rati sunt superstitiosi mortales, &
 divinos attribuere haut dubitarunt.
 lus apud Græcos, teste Plinio (s) nuga-
 rus ficulus: *Homines, inquit, antiquis*, *modo-*
supra se contemplatos, nec absq; stupore admiratos universi, *mundum*
naturam, existimasse esse Deos aternos, ac primos, Solem &
Lunam; quorum illum Osirim, hanc, Isim appellari. (t) Nec
 minus Jobus scriptorum antiquissimus: *Sividi Solem*
 (718) *cum fulgeret, & Lunam incedentem clarè & sedu-*
ctum est in abscondito cor meum, & oscularus sum manu meâ
os meum, etiam hac est iniquitas à iudice vindicanda, quia sic
negassem Deum supremum. (u) Ubi vetustissimus ado-
 randi ritus aperitur, quo manum ori admovebant a-
 dorantes capite inclinato, de quo D. Hieronymus:
Qui adorant, solent deosculari manum, & capita submitte-
re: (x) & nos prolixius in *Archæologia Passionali* (y) &
Dissertatione de Dextrâ (z) egimus. Hic verò Solis cul-
 tus ut primis post Diluvium seculis, ceu eruditè osten-
 dit Seldenus, (A) vir egregiâ doctrinâ, linguarum item
 Orientalium callentissimus, cœpit, sic temporibus se-
 cutis auctus est strictèq; observatus. Sabæi myrrham
 ac thus quotidie Soli, ut Deo suo maximo adolebant.

(B) Per-

(s) Præfar.
N. H. ad
Traj.

(t) lib. 1.
Bibliothe-
ca,

(u) c. 31. v.
36.

(x) lib. 1.
contra Ruf-
finum. (y)
c. 8. ¶ 3. p.
70. (z) Sten-
daliæ typis
A. 1672. ex
scriptâ p. 7.
(A) de diis
Syris Prol.
c. 3. p. 27.



(B) Persæ Solem unum Deum esse crediderunt, & e-
dem sacrificarunt. (C) Quãtopere Solem Roma-
nerati, vel inscriptiones planum faciunt, in
nox invictus, mox sanctissimus, mox omnipo-
ter. Apud Gruterum (D) & Appianum (E)
DEO. SOLI. INVICTO. MITHRÆ. SOLI.
MO. SACRUM. OMNIPOTENTI. DE-
tero Mithra idem qui Sol, vocabu-
libus מֵתֶר Mether, quod & Mi-
de Comparativus מֵתֶרֶת Mithri,
μείζων, sive major, ut idem sit ac
(F) Quemadmodum & eodem
nomine insignitur in illa Fuggerianâ: (G)
DOMINO. SOLI. V. S. TI. CLAUDIUS,
AMERINUS. LICTOR. CURIATUS.
Sed & Germani, majores nostri, summi instar Numi-
nis colebant Solem. Habuerunt duos primarios Deos
gentis suæ auctores, quorum alter *Theur*, unde *Theutisci*
dicti, Germanicè *der Mann*. Hic post obitum cœlo
receptus Luna factus creditur, quæ adhuc dicitur *der*
Mond. Hujus Theutonis uxorem crediderunt dictam
Sunnam, quæ post obitum in cœlum recepta fuerit Sol,
Germanicè *die Sonne* dicta. (H) Atq; hinc est, quod
in solâ linguâ Germanicâ Sol fit gen. Fœmin. Hujus
veterum Germanorum ἡλιολατρείας antiquum monu-
mentum ingentia illa saxa in vicinia nostra prope
Helmstadium in monte Cornelii, ut dicitur, ad mo-
dum altaris adhuc disposita referunt, ad quæ saxa Sa-
xones Solem Orientem adorarunt; eiq; in altaribus i-
stis sacrificarunt. Ipsa mea Patria, quæ *Solquella* est, di-
vinos honores Soli priscis tribuit temporibus. Condi-
ta enim hæc Anno Mundi 3653. & sic A. 318, ante Chri-
stum

pag
s. it 6.
in script.
Fugger. p.
299. 245. th
123.
(F) Vosl. l.
2. de Orig.
& Prog.
idolol. c. 9.
p. 350. (G)
pag. 253.
conf. Be-
ger. Addit.
ad Seldem,
P. 51.

(H) Cluver
in Germa-
niâ antiq.
& Valden
fels l. 9.
Anziq. 6. 8.



stum natum, Fanum Solis multa admodum secula tenuit, ut idolum illud debito adorationis cultu singulis diebus incolæ prosequerentur, usque dum Carolus M. Anno Christi 804. *Solis Statuam* dejectam confregit, ut ab idololatriâ civitatem revocaret, quæ nomen traxit à *Sole & Domicilio*, sicut urbs Ægypti Heliopolis, (I) ut *Solis domum* Solvella Solwedel significet. Germanicum enim *Wess* olim *domus* significationem habebat: unde *Wessand* dicitur *domestica arena*, quâ vasa à fordibus purgantur: & *Wesswand* *domus parietem* s. maceriem notat. Hanc verò gentibus communem idololatriam judæi imitati Solem adorarunt, qui & equos & currus Soli dedicarunt. (K) Hic autem mos à Persis traductus fertur. Nam de Cyro Persarum Rege Xenophon (L) commemorat, quod ante Solis ortum currus ad sacrificium Solis eduxerit, horumq; equos Soli immolaverit. Simile quid de incolis Zeilæ narrat Benjamin Tuteleus in Itinerario suo. *Solem*, inquit, *venerantur, & extra civitatem ad dimidium usq; milliare altaria habent disposita, & mane facto Soli obviam excurrunt. Inter alia Solarem orbem habent, magicâ arte confectum, quem sub ortum Solis magno strepitu convertunt. Hoc dum fit, viri & fœmine omnes thuribula tenent & thura Soli incendunt.* Ratio autem ob quam Ethnici Solem equis & curribus honoraverint, hæc esse creditur, quod putaverint, velocissimo Deorum velocissimum cursum deberi. (M) Solebant porro quadrigas Soli, bigas Lunæ, trigas inferis, sejugas jovi consecrare. Soliquidem quadrigas ideo, quod Sol per quatuor anni tempora ver, æstatem, autumnum & hiemem decurrens annum conficeret. Hinc cœlestis ac fidereus Manilius (N) canit:

Quadrigis Sol gaudet equis, sed Dadala bigis.

Elegans est conjectura Bedæ, qui ob vitæ sanctimoniam morumq; gravitatem Venerabilis cognominatus est, quando scribit: *Audientes Græci ab Israeliticis, quos divinas habere literas fama prodebat, quod Helias curru & equis igneis ad cœlestia translatus, vel hoc ipsum in pariete depictum videntes, crediderunt viciniâ decepti nominis Solis (quia ex ἡλίας facile fit ἡλιος) ad scensu isto Helia transitum τῆς ἡλίου h. e. solis per cœlos denotari, adeoq; τῶν ἡλίων similiter currus & equos consecrarunt.* (O) Juxta Solem publicæ lucis fontem Gentiles etiam Lunam noctis præsidem colebant, eam præcipuè ob cau-

B

fam

(I) Buno in Cluver. Geogr. l. 6 c. 2. p. 625.

(K) 2. Reg. 23. v. 11. Sel. de Dis Syre Syntag. 2. c. 8. p. 325. Ursin. Analect. S. vol. 2. lib. 3. c. 8. pag. 153.

(L) Cyropæd. lib. 18

(M) Pontan in Attic. Bellar. p. 645.

(N) lib. 5. v. 3.

(O) in libb Reg. Quest. 28.

fam, quod sidus conspicerent præ cæteris tenebras discutiens
 nocturnas; idq; tam grande, tam pulchrum, tam varium, tam
 velox & idoneum ad temporum mensuram, tam efficax deniq;
 in omnia Lunæ subiecta Sub variis autem colebatur nominibus.
 Arabibus erat *Alilat* vel *Alitta*, (P) Ægyptiis *Isis*, (Q) cui por-
 colitabatur (R) Tyriis ac Sidoniis *Astarte*, quæ cum *Astaroth*
 (S) coincidit. (T) Romanis *Diana*, quæ ideo pingebatur manu
 ferens ardentes faces, matris Cereris exemplo, & Lunam vel in-
 fra vel supra se habens, uti ostendit Abrah. Gorlaeus (V) & Jo-
 jac. Chiffletius [X] Romæ in monte Palatino Templum ei e-
 rectum erat, in quo noctu lumina solebant accendi, unde *No-*
ctiluca dicitur. (Y) Habebatur ut aliarum rerum sic bellorum
 præses, adeo ut victores arma captivorum hostium ei crema-
 rent. Hinc & victoriarum futurarum certa à Lunæ adspecu
 ducebant præsagia: ut defectus ejus exitium, clarus fulgor pro-
 speros evētus denotaret. (a) Sed & reliquis sideribus ac plane-
 tis quin ipsi cœlo horum domicilio, divinitatem dederunt, per
 eademq; jurarunt. Memorabile juramentum recitat antiqua-
 rius summi limatisimiq; judicii Seldenus (z) ex Vettio Valente,
 Astrologo Syro, auctore in edito, quo Lectores per ἡλίου κύκλου
 ἰερόν καὶ σελήνης ἀνωμαλῆς δρόμους τῶν δὲ λοιπῶν ἀστέρων δυνάμεις
 καὶ κύκλον αὐτοῦ καὶ δέκα ζῳδίων, *sacrum Solis circulum, inaequales*
Lunæ cursus, reliquorumque siderum vires & signiferum circu-
lum, adstrinxit, ne artis mysteria τοῖς ἀπαιδέυτοις καὶ ἀμυήτοις
indoctis aut profanis proderent. Latinus apud Virgilium (b)
omnia sidera jurat,
Suspiciens cœlum, tenditq; ad sidera dextram:
Hec eadem Aenea inquit, terram, mare, sidera juro.
 Impurus etiam Mahomed in Alcorano suo per Solem jurat,
 per Lunam, astra & igneum splendorem.
 Deinde Utilitatis æstimatio multis Divinitatem conciliavit.
 Cum enim Gentiles naturalem rerum Auctorem non Penetra-
 rent, res ipsas naturales, quæ usum præstabant, in Deorum nu-
 merum computarunt, & cum beneficio afficientem Deum non
 intelligerent, effinxerunt, quosdam Servatores eosq; divinis
 honoribus affecerunt, cum humano essent more modoq; na-
 ti. Et quidem Tellus præ aliis visa iis fuit cultum promereri
 divinum propter nimiam, quam præstat utilitatem. Hæc enim

(p) Vosf de
 idol. orig.
 & Progr. l.
 2. c. 23. (Q)
 Diod. lib. 1.
 Bibl. Au-
 gusti. de C
 D. l. 18. c.
 5. (R) He-
 rodot. in
 Euterp. p.
 48. (S) jud.
 2. v. 19. 2.
 Reg. 23. v.
 33 (T) Vos.
 de idol. l. 2.
 c. 24. p. 424.
 Cluver. de
 Germ. An-
 tiq. l. 1. c.
 27. p. 203.
 (V) in The-
 fauro Nu-
 mismatum
 Tab. 39. n.
 3. 4. 5. (X)
 in Descrip-
 tione Vesō-
 tionis part.
 1. cap. 13.
 (Y) Rosin.
 l. 2. Antiq.
 Rom. c. 8.
 (Z) Demp-
 ster ad cit.
 l. Rosin. p.
 284. (a) de
 D. S. pro-
 leg. c. 3. P.
 35. (b) lib.
 12. Aineid.



ex gremio suo, quæ ad vitam mortalium sustendam pertinent, benignè promit. Hæc diversorium dum vivimus, & dormitorium post vitam fessæ corporis, ad quod divertitur, [c] donec ad meliorem vitam resuscitatur, præbet. Unde *παμμήτωρ*, *μήτωρ θεῶν*, (d) magna mater, magna Deorum mater, hominumq; Deumq; æterna creatrix, (e) alma parens, hinc inde salutatur in antiquis Scriptoribus. Summæ parentis nomine insignitur apud Reinesium, Senatus Critici principem, in Inscriptione, quam exhibet in Epistolis (f) & exponit;

MATRI, DEUM, MAGNÆ, IDÆÆ.

SUMMÆ, PARENTI, HERMÆ,

ET, ATTIDI, MENOTURANDO.

INVICTO, CLODIUS.

HERMOGENIANUS, CÆSARIUS,

V. C.

In quâ num rectè is conjecturâ assequutus fuerit, HERMÆ pro HERTÆ positum, docti dubitant, & ad huc sub judice lis est. (g) Negari interim non potest, *Hertham* inter alia Tellurem nominari. Gentes enim postquam ab orthodoxiâ Patriarcharum illi, qui solus veri Dei nomine censendus, ex fide in promissum Messiam sacrificia obferentium, ad idolomaniam cum cœcâ sacrificiorum *κακοζήλια* detecissent, & primævam de Deo uno vero notitiæ puritatem infecissent, elementa è quibus coaluisse credebant; & inter hæc quoque maximè terram, divino Platoni (h) antiquissimam Deorum dictam, è quâ origo ipsis, & in quam soluta reverterentur omnia, vel pro Numinib; vel pro Numinum Symbolis coluerunt, sed quævis sub appellatione sibi propriâ. Græci, Romani, Barbari sub Rheæ, quod Latinè Opis est, Cybeles, Vestæ, Isidis, Junonis, Proserpinæ, Apis, Ditis nomine eam venerabantur. Prisci Germani *Hertham* vocabant Terram, (i) unde *Erd*/quæ, ut Græcum *ἔργα*, ab Hebræo *אֶרֶץ* quod idem significat, originem trahit. Moscovitas & eorum accolæ Anum eam Auream nuncupasse Bataviæ Phœnix Vossius (k) ex Adamo Clemente refert: *Per celebre est illis (accolis fluminis Oby) Idolum Aurea Vetula dictum. Si qua gravior calamitas gentem premit; veluti fames, bellum vel pestis: idolum*

(c) Sir. 40.

v. 1.

(d) Apol-

lon. l. 3. Ar-

gon. (e)

Stat. l. 8.

The. v. 304

(f) Ep. 630

(g) vid.

Beyer. Ad-

dit. Seld. p.

88.

(h) in Ti-

mæo.

(i) Tacit.

lib. de mo-

rib. Germ.

Cluver. de

Germ. An-

tiq. p. 162.

(k) lib. 1 i-

dol. c. 39.

p. 283.

Idolum suum statim consulunt, quod hoc modo faciunt. Coram simulacro prostrati preces fundunt; mox tympanum in medio statuunt. Hoc sorte lecti circumstant; argenteum busonem tympano imponunt; deinde bacillo cōcucitur tympanum. Ac cui circumjacentium circumstat buso, protinus interficitur. Statim nescio quibus Idoli prestigiis, vite restitutus malorum causas exponit. Itaque placato Idoli Numine, non ita multo post publica calamitate liberantur. Romani ejus simulacrum quotannis non absq; pompâ circumgestabant, stipem colligentes Magnæ Deæ, & ad eorum, qui sequuntur, in honorem matris Phrygiæ hymnos tibia concinentes, tympanaq; pulsantes. (l) Tartari lacte, sanguine & fimo Tellurem piabant. Sic enim jam laudatus Vosius [m] ex Galuino scribit: *Sacrificus ipsorum, quo tempore rem divinam peragit, tunc sanguinem, lac & simum jumentorum, terramq; sumit, commixtionemq; insimul factâ in vas quodammodo infundit, & una cum hoc arborem ascendit, ad populumq; circumstantem concionatur. Concioneq; peractâ in stultam plebeculam predictam commixtionem spargit, populus verò in terram pronus provolvitur, aspersuunculamq; hanc pro Deo colit, firmemq; credit, nihil esse perinde salutare humano generi, ac terram, pecus armentaq;. Ad Telluris culturam referebant etiam montes, colles, arbores & flores (n) Fontes quoq; in publicum fluentes, communiq; bono in servientes superstitione venerabantur, & hostiis donabant. Id quod & R. Maimonides (o) asserit, dum ita scribit: *הנזים העוכרים ואת הטענות את ההרים ואת הנבעות ואת האילנות לפרות: הנובעין לרבי הנשועין מתהלתו לפרות* i. e. *Gentiles venerantur montes, colles, arbores primò fructuum sansa plantatas; fontes in publicum fluentes.* Animalia item bruta ob quædam commoda, quæ ex iis capiebant, consecrantur. Ægyptii teste Cicerone, (p) in divino habuerunt honore Ibes, quæ maximam vim serpentum conficiunt, quasi aves excelsæ, cruribus rigidis corneo proceroq; rostro avertunt pestem ab Ægypto, cum volucres angues, ex Lybiæ vastitate, vento Africano in vedios, interficiunt & consumunt. (q) Quin & Homines, qui generi humano maguam attulissent utilitatem & sui benefactores extitissent in Deorum numerum adscribebant, iis sacrificia obferentes. *Quis est tam hospes in Poëtarum scriptis, qui nesciat, Bacchum pro-**

(l) Dion. Halicarn. lib. 2. Antiquit. (m) lib. 2 c. 62. p. 693.

(n) vid. Cœl. Rhodigin. lib. 2. Antiquar. Lect. c. 1. p. 606. Saubert. de Sacrif. vet. c. 6. p. 118. (o) lib. A. kom; c. 8. §. 1.

(p) lib. 2. de Nat. Deor.

(q) conf. Dilherr. E-lect. l. 2. c. 14. p. 249. & Disp. To 2. p. 372. Clot. Pneu-mat. Dis. 6 p. 315.



propter inventum vinum ac modum mellis conficiendi. (r) Vulcanum propter inventam artem ferrariam & arariam: (§) Apollinem propter Musices inventionem: (t) Mercurium ob rationem multiplicandorum pecorum mortalibus ostensam: (u) Æsculapium propter repertam, quâ carere gens humana non potest, Medicinam, (w) in censum Deorum esse relatos? Quem latet, omnium monstrorum, latronum maleficorumq; hominum domitorem Herculem, ob ea quæ mûdo præstitit beneficia, ob res præclarè gestas, ob leges quas dedit civitatibus, in concilio cœlestium fuisse collocatum. Hic animi magni Heros primus omnium mortalium Civitates dicitur facere invenisse, & inventas additis populis adauxit, certaminaq; instituit, cum cæteros mortales vi corporis antecelleret. Hic calida lavacra fertur invenisse, quibus ille diuturno labore defessus & ad languorem datus plurimum uteretur, quæ sibi à Vulcano fuerint indicata. (x) Hic latrocinia de plurimis locis Africa, Hispaniæ, Græciæ, Galliæ, Italiæ expurgavit mansuetioremq; vivendi rationem incolis persuasit. In Italiam veniens cum hospitio exciperetur ab Evandro Regulo Aboriginum, Mercurii filio propter justitiæ existimationem meruit, ut justitiæ patronus summus Aram acciperet, apud quam deinde juramenta pronunciarentur. Tunc verò etiam Deus Fidius nominari cepit, quod auctore P. Festo (y) Sabinorum lingua est Semo, Sancus & corruptè Sangus. (z) in Sicioniâ agni iugulati pernas ad aram urebant, & alteram carniū partem Herculi tanquam Heroi parentando immolabant. Incolumes domum qui redibant, animum pium & gratum ostensuri solebant Herculi, qui & inde Defensor & Invictus audivit, religiosè *χαιρήσει* obferre. Romæ Inscriptio legitur: **HERCULI INVICTO, QUOD PROFICISCENTES EXPEDITIONIBUS, SACRIS, VOVERANT. REGRESSI. CUM, COMMANIPULIS, LIBENTIS, VOTUM. SOLVERUNT.** Verum Benefactoribus quoq; divinos fuisse honores attributos, vel ex principe vatum Virgilio constat, qui Augustum, quod prædio suo, reliquis qui ab Antonii partibus steterant, bonis spoliatis, non esset ejectus, Deum se habiturum promittit: (a)

*Namque erit ille mihi semper Deus illius aram
 Sape tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.*

(r) Natal. Com. lib. 5. Mythol. c. 13. (§) Kipping. Recens. Antiq. l. 1. c. 1. (t) Nat. Com. l. 4. c. 10. (u) Nat. Com. l. 5. c. 5. (w) Kipp. l. 1. c. 3. p. 120

(x) Natal. Com. l. 7. c. 1. p. 208. b. (y)

(z) Lib. 4. de vrb. signif. (j) Saub. de Sacrif. c. 3. p. 48. Kipp. lib. 1. c. 3. Vosl. l. 1. cap. 12. (a) Elog. 16

Et

(b) in
Quæst.
Græc.
Et ex memorabili illâ, quam recenset Plutarchus, auctor gra-
visimus, (b) historiâ: Navis piratica adpulit ad insulam Itha-
censem, in quâ forte fortunâ senex quidam erat, una cum cadis
ficilibus, plenis pice. Pyrrhias quidam Ithacensis negotiator,
senem, dato pretio, redemit à piratis, non ob id, quod eo sibi fo-
rer opus, sed partim pud miserum esset senilis fortunæ, par-
tim hominis oratione persuasus. Emit autem una cum sene ca-
dos illos picarios, idq; auctore sene. Deinde protectis piratis
quò Pyrrhiæ gratiam referret senex, quod non ob lucri cupidi-
tatem, sed ob benevolentiam se liberum fecisset, indicavit in
cadis multam pecuniæ vim pici admixtam abditam esse: Quâ
reperitâ, cum Pyrrhias repente dives esset redditus, cum ma-
gnificè collaudavit senis erga se gratitudinem, tum eidem bo-
vem immolavit officii præmium. Hinc de homine affatim grato
proverbium est ortum: *Nemo bonè merito bovem immolavit
prater Pyrrhiam.*

(c) c. 14. v.
15.
(d) de
Consecrat.
Princip. c.
4. R. 26.
Tum Affectus in Demortuos fecit peperitq; Gentilibus
Deos, ut ex Sapientiæ libro, (c) de cuius Auctore eruditè ad-
modum, ut solet, CL. Grubelius, vir ad invidiam doctus dispu-
tat, (d) ὁ Φθαλμοφανερός apparet, ubi hæc leguntur verba:
Ἀώρω γὰρ πένθει τευχόμενος πατήρ τῆς ταχέως ἀφερεθέντος τέ-
κνης, εἰκόνα ποιήσας τὸν τότε νεκρὸν ἀνθρώπον, νῦν ὡς θεὸν ἐτίμησε,
*Acerbo luctu vexatus Pater, quum filii cito sublato imaginem fe-
cisset, hominem tunc quidem mortuum, nunc verò ut Deum affecit
honoribus.* Dum enim defunctos suos desiderant in imaginibus
videre: dum gestiunt eorum memorias in statuis detinere, sa-
cra facta sunt, & defuncti instar Deorum privatâ religione culti.
Qui ritus ἀποθεωσις seu *Consecratio Privata* Auctoribus dicitur,
& intra privatos parietes à privatis contigit conjugibus, paren-
tibus, liberis, ut præter locum ex libro Sapientiæ adductum nu-
mero plura id probant Exempla. De Conjugum ἀποθεωσις il-
lustre exemplum in Charite maritum suum, demto fine, lugente,
(e) l. 8. me-
tamorph. nobis ingeniosissimus Apulejus ex hibet: (e) *Dies totos inqui-
ens, totasq; noctes in sumeb at luctuoso desiderio & imaginem defun-
cti, quam ad habitum Dei Liberi formaverat, affixo servitio divi-
nis percolens honoribus ipso sese solatio cruciabat.* Consecratio-
nem liberorum per parentes factam indicat salvificæ fidei & a-
mœnæ

mœnæ eloquentiæ flos lacteus Lactantius, (f) Ciceronem in
 Consolatione scripsisse affirmans, imaginem filie eodem se
 consecraturum esse, quo illi à veteribus sint consecrati.
 quod Parentes per liberos sint consecrati, & dor
 one honorati, ex Varrone docet Plutarchus, (g)
 revera sunt *ὡς πλῆθος τις τῶν ἀρχῶν*. Atq; inde Lar
 etos esse non ineptè Sol omnis antiquæ literaturæ
 suspicatur, ductus egregio Apuleii (1) loco: *Secundo*
species Damonum animus humanus, exutus & liber stipendii
corpore suo abjuratis. Hunc vetere latina lingua reperio Le
rem dictitatum. Ex hisce ergo Lemuribus, qui posteriorum suor.
curam sortitur, pacato & quieto numine domum possidet, Lar dic-
tur familiaris.

Præterea Polytheismi Gentilium non parva extitit causa
 Ambitio Principum, utpote qui conditionis humanæ oblii no
 mina quæ rebant genere humano majora, quibus post discessum
 è vitâ demum appellari videbantur, unde ut Dii & dicerentur
 & pro Diis haberentur etiamnum superstites, publicis sanxe
 runt edictis. Indicat hoc autor libri Sapientiæ modo citati his
 verbis: (k) *Deinde procedente tempore invalescens hæc impia* (k) *vers. 16.*
consuetudo tanquam lex custodita est, & tyrānorum præceptis cul
tus sculptilibus attributus est. Quos cum in os non possent honori
bis prosequi homines, eò quod longè habitarent; longinquam eo
rum faciem effigurantes, conspicuam imaginem Regis, quem hono
rabant, fecerunt ut, absenti studiosè tanquam presenti assentaren
tur. Nec de esse possunt Exempla Historicorum annales evol
venti, quibus Deitatem non paucos affectasse, liceat perspicere.
 Babyloniorum Rex Nabuchodonosor elatus rebus secundis,
 Statuam sibi auream inusitatæ magnitudinis posuit, adorariq;
 eam, ut sacram effigiem præcepit. (l) C. Caligula cum Cæsar
 salutareretur, prius se adorari, voluit capite velato ut Deum (m)
 & statuam suam Romæ in templo juxta jovem Capitolinum
 collocavit, tanquam jovi aliquid susurrantem in aurem, cui sa
 cerdotes sacrificia obferre jusit: (n) quam etiam in sanctissi
 mum templum Hierosolymitanum per Petronium inferri vo
 luit, sed irritò conatu. judæi namq; obstinatè restiterunt, eam
 recipere planè recusantes. (o) Domitianus eò superbiæ pro
 vectus

lib.
 Deo So.
 ratis.

(1) Daniel.
 3. Sulp. Se
 ver. lib. 2.
 Hist. (m)
 Alexand.
 ab Alex. 2.
 Gen. dier.
 c. 19. [n]
 Sveton. in
 vir. Calig.
 c. 22. Philip
 in loc.
 Manl. pag.
 633. (o) Je-



Anti. vetus est, ut omnium edictorum & Diplomatum Cæsareorum
exordium ita fieri iusserit: *Deus & Dominus noster hoc mādāt.* (p)
Quin imò tanta nonnullorum fuit ambitio, ut ex Deorum san-
natos sese finxerint, & ipso habitu Deos imitati fuerint.
ille tam re quàm nomine Alexander per omnem vitam
voluit, neq; enim mortali contentus fuit fastigio, sed
sui generis auctorem aut credebatur esse, aut credi vole-

[q] C.
lib. 4.

[q] *Sac.* (q) Quem in finem iter ad jovis Hammonis templum sus-
cepit, ubi eum adulator, maximus natu e Sacerdotibus Filium
vocitat, hoc nomen illi parentem jovem reddere affirmans. Alii
ex errore id ortum opinantur. Nam cum Sacerdos *παιδίον* di-
cere vellet, barbarè pronuntiavit *παι Διός*; quod arripens A-
lexander postea ad exemplum sui Patris fictitii, jovis Hammo-
nis, sibi cornua efformavit, unde Arabibus *Dulcarnaim* i. e. bi-

[r] Hottin-
ger, Histor.
Orient. lib.
1. c. 3. V Ver-
ner. Corp.
Philol. c. 1.
[s] Lib. 12
[t] Sueton.
in Octav.
Aug. c. 70.

[r] cornis fuit appellatus. (r) Nec in Hammonem solum, sed eti-
am mox in Dianam, mox in Mercurium aut Herculem se trans-
formasse Alexandrum assumtis istiusmodi Dæmonum vulgatis
ornamentis & insignibus, prodit Athenæus, (s) auctor minimè
aspersandus. Augustus Imperator mensam *δωδεκάθεον* instru-
ebat, in qua Convivæ Deorum Dearumq; habitudine discubu-
erunt, ubi ipse Phœbum se mentiebatur. [t] Nec absq; risu
Syncretusio deliram C. Caligulæ insolentiam meminisse possu-
mus. Hic modo jovem se fingebat, modo juno, Diana, Venus
fiebat, mutato cum nomine etiam habitu. Inde aliquando mu-
liebri ornatu conspiciebatur, craterem ac thyrsus gerens, mo-
do viriliter compositus, clavam ac leonis pellem gestabat, aliàs
barbatus conspiciebatur aliàs imberbis; nunc tridentem tenens
nunc fulmen vibrans; jam virgini bellatrici se adsimulabat, mox
in mulierem transformabatur, deniq; compositione vestitus, &
ornatu imposito sibi ac circumjecto, mirificè variabatur, quid-

[u] Dio
Hist. Rom.
lib. 59.

[u] vis potius quàm homo videri cupiens [u] Unde & falsum fuit
respondum Galli tutoris, qui cum Cajum in tribunali sedentem
habitu jovis ornatum jûs dicere vidisset ac risisset, accitus ab eo,
& quid nam ipsi esse videretur? interrogatus; *magnum* inquit

[x] Mat-
thiæ Theat
Histor. p.
484.

[x] *deliramentum.* [x]
Insuper Opinionem Divinitatis imia erga superiores devo-
tio, aut assentatio non paucis impetravit, quos enim honoratos
voluer,



voluere, in Deorum numerum retulerunt, ascitâ etiam fabellâ
 quadam, quæ huic imposturæ operas quasi subdiarias, præbe-
 ret, ut bene Nazianzenus, (y) ob dicendi facultatem Christia- (y) Orat. 2.
 nus Demosthenes, dogmatumq; sublimitatem post Johannem de Theo. p.
 Evangelistam Theologus peculiari cognomento dictus, ad 39.
 vertit. In primis verò Principibus ac Regibus cum vivis tum
 mortuis, divinum exhibere cultum nimio placendi studio im-
 pulsi, laborabant. Neq; de erat Lisippus & Apelles, quorum al-
 ter forma plusquam imperatoria duceret ex ære, alter colori-
 bus mappæ imprimeret Imperantis effigiem. Inde ista mortua-
 lium sortem excedentes imagines, inde nimbi circa caput ducti,
 inde ornamenta alia ad movendam hominum simplicitatem
 accommodata. Ut autem eò magis faciliusq; Deitatis auctori-
 tas Principibus conciliaretur, è cœlo eos missos, & in cœlum re-
 dire, Deorumq; vices gerere in terris, dicebant. Quapropter
 illis templa instituebant, immolabant hostias, ad imagines sup-
 plicabant, & dies festos dando honores celebrabant. Idq; gen-
 tibus plerisq; observatum fuisse, nusquam non produnt Histo-
 rici & Annalium conditores. Magna pars Orientis Reges suos
 in ordine Deorum collocabat. Belo, quem primum in orbe Mo-
 narcham non pauci constituunt, post obitum templum & statu-
 am erexerunt Babylonii, eumq; præ cæteris Diis tanquam jovem
 divinis honoribus affecerunt. (z) Ægyptii Regem Remphin ob-
 servatam in caristia per annonæ procuratam copiam Ægyptum,
 qua de re in libro Originum [A] legere est, pro Deo habuerunt,
 sub imagine jovis Apim vocantes. (B) Persæ nomen Regis pro-
 Numine colebant, quod de iis aliquoties scriptor disertissimi
 oris Curtius (C) testatur, & pluribus explicat Barnabas Briffoni-
 us, antiquitatis diligentissimus inquisitor in doctissimo Tracta-
 tu de regno Persico. (D) Sed illi ipsi honores in hoc potissimum
 consistebat, ut Regem a deutes capita flecterent submitterent
 q; ac procumbentes humi corpora prosternerent, ad titulos
 divinos non progrediebantur, donec Alexandro M. vita defun-
 cto Arsaces felicitate auspiorum suorum tantam sui admira-
 tionem movit, ut primus consecraretur à suis, & inter sidera
 dedicaretur: atq; ex eo tempore Reges ejusdem gentis prætu-
 mido appellari se patiebantur Solis Fratres & Lunæ. (E) Et re- (E) Grübel
 fert

[Z] Lyl.
 Gyal. Sy-
 tagm. 2. His-
 tor. Deor.
 (A) Gen. 41
 (B) Reines.
 Tract. de
 Deo Endo-
 vellico.
 (C) lib. 5. &
 8.
 (D) Lib. 1.

C

fert



de Consec. fert Vossius Philologiae Oraculum θεοειδές ex scriptore quodam,
 Princ. c. 4. quod hodieq; Regem suum Persæ cœlesti honore prosequantur.
 (F) de ido- (F) Idem fertur, inquit, de Χοά, Persarum Imperatore, qui pro Deo
 lol. 1.3.c.16 o à suis colitur. Aquam ex pelvi, ubi ille pedes lavit, religiose, ne
 rem sanctam videlicet, & salutare morborum omnium medica-
 mentum, sublatam reponunt. Dominus, qui cœlum terramq; sub-
 ciat atq; sustineat, appellatur. A Græcis quoq; Deorum ordini-
 bus Reges fuisse annumeratos, relatum legimus. Alexandrum
 M. & Macedonibus ut & Græcorum aliis voluisse pro Deo ha-
 beri, satis notum est. De Demade Atheniensi sic legas apud Æ-
 lianum exquisitæ doctrinæ scriptorem: (G) ἐκκλησίας ἔσσης Ἀ-
 θηναίων παρελθὼν ὁ Δημάδης ἐψηφίσαι το θεὸν Ἀλέξανδρον τρι-
 καίδεκατον, convocatâ Atheniensium concione, Demades surgens
 decreto iussit, ut Alexander scriberetur Deus decimus tertius, h.
 e. ut accessio fieret XII. Consentium. Quod tamen indignè a
 deo tulerunt Athenienses, ut id propter multam centum ta-
 lentorum Demadi irrogarint. Argutè verò, ex gentis more, sic
 decrevère Spartani; ἐπειδὴ Ἀλέξανδρος βέλεται θεὸς εἶναι ἔστω
 θεός. Quoniam Alexander vult esse Deus, esto Deus, (H) Idem
 (I) Plu- (I) Idem populus honores divinos detulit Lycurgo (I) ac Leonidæ (K)
 tarch, vit. iisq; templa, ut in iis colerentur, dicavit. Sed ad Romanos o-
 Lycurg. mnium gētium domitores, & in negotio religionis æmulos hau-
 (K) Strab. segnes veniamus. Hi Reges ac Imperatores suos in Deos retu-
 lib. 8. lerunt, magnificis ritibus ceremoniisq; adhibitis variis, secus ac
 reliquæ nationes. Talis quidem honor soli Romulo sive condi-
 tori sive amplificatori urbis è Regibus tributus fuit, qui cum no-
 nis Quinctilibus ad Capuæ paludem exercitum recensens, subi-
 to ingenti coortâ tempestate ex suorum conspectu raptus, vel,
 ut alii scribunt, Patrum manibus ob asperius ingenium in minu-
 tissima fragmenta discerptus & clam per partes asportatus ef-
 set, magno sui desiderio apud populum relicto, Proculus Julius,
 oriundus ab Ascanio, bonus colonus & inculpatae vitæ vir, in
 quem nulla cadebat suspicio, sub ornatus est, ut renunciaret Ro-
 manis, vidisse se Regem humano habitu augustiorem, eumq;
 ablegasse ad populum, ut sibi delubrum fieret, se Deum esse &
 Quirinum vocari. Quo facto & ipsi populo persuasit, Romulum
 ad Deos abiisse; & Senatam suspicione cædis regis liberavit.
 (L) Sed

(G) lib. V.
 var. Histor.
 c. 12.

(H) Ælian.
 l. 2. c. 19.

(I) Plu-
 tarch, vit.
 Lycurg.

(K) Strab.
 lib. 8.

[L] Sed post Romulum, cui quidem quamdiu libertate su-
 usa fuit, iste honos delatus sit, reperimus neminem: Po-
 quum ad Cæsares summa rerum pervenit, tunc redi-
 veterem illum consecrandi morem, Diisq; sunt accen-
 Imperatores. Primus hoc honore julius Cæsar affectu.
 Augusto; quem idcirco *κοροπλάστην, preparum effectorem*)
 ni Silenius nominat, poscentiq; rationem reddit ridiculi nomi-
 nis: uti homulli illi faciunt pupas, sic ipsum fecisse Deos: quo-
 rum unus primusq; esset julius Cæsar. Post etiam consecratus in
 Deum est ipse Augustus à Tiberio. Corn. Tacitus, Historico-
 rum ille non Antesignanus, sed Dictator & vir supra omnem
 prudentiæ humanæ aleam positus, de illo: *Sepulturâ more per-
 fectâ, templum & cælestes honores decernuntur.* (M) Et Numerius
 Atticus de eo testatus fuit se vidisse in cælum euntem: eoq; no-
 mine à Livia decies Sestertiûm accepit (N) Quia vivus vidensq; à
 populo Romano Deus est Augustus habitus, aris altaribusq; cul-
 tus, ejusq; Genius in compitis adoratus. Testatur id nobilissi-
 morum Poëtarum biga, Virgilius & Horatius. Ille quidem hoc
 modo, ut jam supra dictum, canens: (O)

*Namq; erit ille mihi semper DEVS: illius aram
 Saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.*

Hic vero ita: (P)

*Presenti tibi maturos largimur honores,
 Jurandasq; tuum per nomen ponimus aras.*

Quia idem, ut foedè satis aduletur Augusto, videri eum vult
 esse ipsum Mercurium, cæloq; delapsam personam hominis in-
 duisse: eoq; ubi mortale hoc corpus deponere volet, non tam
 iturum in cælum, quam rediturum, quod ut serò fiat, seriò exo-
 ptat. Sic enim scribit;

*Sive mutata juvenem figura
 Ales in terris imitaris, alma
 Filius Maje, patiens vocari
 Cæsaris ultor:*

*Servus in cælum redeas, diuq;
 Letus intersis populo Quirini (Q)*

Post eum *ἀποθεώσεως* honore affectos alios, historiarum mo-
 numenta sunt indicio. De iis & pariter Augusto, sic Plinius
 junior

C 2

c. lib.
 2. Val Max
 l. 5. c. 3.
 Lact. l. 1. c.
 15. August.
 de C. D. l.
 3. c. 15.

[M] lib. 1.
 Annal.

[N] Dio li.
 56.

(O) Eclog.
 l. v. 6.

(P) lib. 2.
 Epist. l. v.
 15.

(Q) lib. 1.
 od. 2.



iunior, auctor terribilissimus in Panegyrico: *Dicavit cælo Tiberius*
cum, sed ut Majestatis numen induceret: Claudium Nero,
videret; Vespasianum Titus, Titum Domitianus, sed ille,
seu filius, hic frater ut videretur. Nec soli Cæsares divinos
 obtinere honores, sed etiam Augustæ, Ita Livia conjux Augusti
 Cæsaris, cui filius Tiberius religionem cœlestem non decreverat
 quasi ea sic maluisset, (R) ac proinde mandasset, divinos hono-
 res sub habitu junonis, ut in eâ Juno coleretur, à Claudio est
 consecuta, effigie ejus in templo Divi Augusti consecrata nec
 non sacris, quæ Vestales facerent, institutis. (S) Hinc nummi
 extant, qui unolaterè exhibent caput radiatum, ante pedes a-
 ram cum epigraphe: DIVUS. AUGUSTUS. PATER, a versa
 autem parte S. P. Q. R. DIVÆ. JULIÆ. AUGUSTI. FIL.
 & carpentum cui sibiuncti duo muli, (T) Et ut alias Imperato-
 rum uxores sicco pede præteream, eodem etiam honore affecta
 Faustina Antonini Philosophi conjux, de quâ Capitolinus: *Di-*
vam etiam Faustina à Senatu appellatam gratulatus est (V) Hæc
 Solennitas solet ἀποθέσις s. *Consecratio Publica* vocari, & à Sena-
 tu olim decernebatur. Cujus ritum prolixius ab aliis, (X) nos
 breviter sic descriptum Antiquitatum Studiosis exhibemus.
 Cum Imperator vitâ defunctus consecrandus erat, tota urbe
 quasi luctus quidam erat, festæ celebritati promiscuus, quippe
 corpus exanime ritu hominum sumtuoso funere sepeliebatur.
 Cerea deinde imago, quod funus imaginarium dicitur, defun-
 cto quam simillima in lecto in cumbens eburneo, pallida, auro
 in tecta in sublimi loco ante imperiale vestibulum collocaba-
 tur, circa lectum verò utrimq; magnam partem diei sedebant,
 à læva quidem Senatores primi vestibus atris amicti, à dextra
 verò matronæ, quas Virorum aut Parentum dignitas honesta-
 bat, vestibus albis exilibus indutæ. Hæc ita per septem dies
 continuos fiebant, quibus Medici feretro accedentes, & effigi-
 ei pulsam tentare simulantes, male, deinde peius se habere,
 postremoq; animam exhalasse Imperatorem affirmabant. Hinc
 ab Equestribus ac Senatorii ordinis juvenibus lectissimis lectus ad
 forum, ubi Magistratus Romani deponere imperium consue-
 verunt, portabatur, ubi hymni lugubres & prænes à pueris &
 fœminis illustribus acclamabantur. Statuæ Romanorum il-
 illustri-

(R) Tacit.
 Annal. lib.
 5. c. 2. n. 2.
 (S) Sveton.
 in Tib. c. 51.

(T) Lips. ad
 l. 5. Annal.
 Tacit.

(V) in ejus
 vitâ.

(X) Rosin.
 lib. 3. c. 8.
 Kirchman.
 de Funer.
 Rom. l. 4.
 c. 13. & 14.
 Beyer. in
 Addit ad
 Selden. p.
 161. Grubel.
 de Consec.
 princ. c. 6.

Iulstrum, nec non imagines omnium provinciarum & natio-
 num, quæ Romanis subjectæ erant, præferebantur. Inde in
 Campum Martium, locum sacrum, in quem neminem mortu-
 um nisi decreto senatûs inferre licebat, deportabatur, ubi sug-
 gestus multi pyramidaliter imminuti, quorum minor subli-
 mior semper includebatur à majori inferiori: in quorum u-
 num secundum à summo elevabatur imago, aromataq; ac suf-
 fimenta, herbæ, fructus & succi odorati effundebantur, saltusq;
 pyrrhichius equis ac curribus circa instituebatur. Postea suc-
 cessor imperii rostra conscendebat, & subinde plangentibus
 reliquis defunctum oratione laudabat. Quo facto facem ar-
 dentem primus admovebat habitaculo, & cæteri servato ordi-
 ne ignem ei subiciebant undiqve, ut in apertam flamam e-
 rumperet. Mox à fastigio Pyramidis dimittebatur Aquila,
 quæ cum fumum metueret & flammam, facto impetu in supre-
 mum aërem ascendebat, inde credebatur defuncti animam in
 cælos & ad Deorum consessum alis suis efferre. Tandem ac-
 cedebat probatæ fidei homo, qui iuraret, vidisse se adscenden-
 tem Imperatorem ad cælos. Ex eo igitur tempore Imperator
 cum cæteris Numinibus colebatur. Quod ut rectè fieret, no-
 vo Numini templa, aræ & flamines ex Senatus Consulto ordina-
 bantur. Ut verò major illorum Numinum veneratio esset,
 imagines eorum pingebantur cum appositis radiis, astris,
 fulmine, signis Deorum. Præterea juramenta per nomina,
 quæ mutata erant, ac numina consecratorum præstari sole-
 bant. Et tales homines cælo post obitum vindicati dicti sunt
Dii indigites, non inde quidem, ut ex Lucretio Rosinus (Y) vult,
 quod nullius rei egerent, aut quod in Diis agerent, qui ex ho-
 minibus ad divinitatem pervenissent; sed ab eo honore, quod
 publicè invocarentur. Unde Festus *indigitanto* exponit *impre-*
canto. descenditq; sic indigitare ab *indu*, quod pro *in*, & *cita-*
re, quod pro *vocare* adhibetur. (Z) Dicebantur etiam *No-*
vensiles h. e. novissimâ sorte in Deorum album relati: (a) ad
 differentiam Deorum *Consentium* qui causas arcanas compo-
 nunt, & magnum Deorum senatum constituunt, qui & *Majo-*
rum gentium Dii appellati, quos Ennius primus magni nomi-
 nis Heroicorum hoc Disticho complexus est:

(T) lib. 2.
 Ant. Rom.
 c. 17.

[Z] Voss. l.
 l. c. 12.

(a) Kip-
 ping. l. 1.
 Antiq. c. 16.

iuno



*Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

Verum enim verò hos Deos fuisse olim homines, scire arca-
num erat Sacerdotum, & propalare nefas ducebatur. In-
dicat hoc totius Africae Primas & gloriosissimus Martyr Cypri-
anus: *Hoc ita esse Alexander M. insigni volumine ad matrem
suam scribit, metu suae potestatis proditum sibi de Diis hominibus
à Sacerdote secretum, quod majorum & Regum memoria serva-
ta sit: Inde colendi & sacrificandi ritus inoleverit.* (b) Et Varro
apud Augustinum, (c) Doctorem & lumen Ecclesiae præci-
puum, testatur, in omnibus templis, ubi colebatur Isis & Se-
rapis, fuisse etiam simulacra, quæ digito labiis impresso ad-
monere videbantur, ut silentia fierent, quo indicabant, tace-
ri deberi Deos fuisse homines. Atq; ad hoc silentium innu-
endum præcipue Angeronam, cujus effigies erat ore obligato
obsignatoq; Romanos coluisse Plinius, (d) Claud. Minos (e)
& Phil. Camerarius (f) putant.

(b) Tracta-
tu, quod i-
dola Dii nõ
sint.

(c) lib. 18.
de Civit.
Dei cap. 5.

(d) 3. N.H.
c. 5. (e)

Comment.
in Alciati
Emblem. 9.

(f) Tom. 2.
Hor. Subc.
c. 10. p. 36.

(g) de dis
Syr. proleg
c. 3. p. 55.

Deniq; invocationum ritus, quo Deum veteres profe-
quebantur, forte non parvam dedit Polytheismo occasionem.
Is enim, inquit Seldenus, (g) plerumq; ita peragebatur, ut
quam plurimis congestis, quæ elogia completerentur nomi-
nibus, Numen invocaretur. Titulorum enim varietate capi
Deos, placari & ad vota suscitari maximoq; inde affici honore
putabant, quod multiplex potestas & imperium inprimis ita
agnosceretur. Et enim cum de nominib⁹ Deorum, quibus maxi-
mè ii essent insigniendi non satis constaret, varia coacervabant,
ut in iis aliquod quo non offenderentur, inveniri posset: & ut
ex illis id nominis assumerent, quo maxime delectarentur, lux-
q; ignorantia ignoscerent, superstitiosè haud rarò precabantur.
Hujus ritus observans Sulmonensis Poëta, cum enarrasset
multa Bacchi nomina, subjungit:

*Et quæ præterea per Grajas plurima gentes
Nomina Liber habes. (b)*

(h) lib. 4.
Metam.)

Ita Statius, qui Scaligeri judicio ad divinitatem Maronianam
proximè omnium adscendit, ad Solem:

Seute roseum Titana vocari.

Gentis Achemenia ritum, seu præstat Osyrin

Fru-

Frugiferum, seu Persai sub rupibus antri

Indignata sequi torquentem cornua Mithram. (i)

Sic etiam Catullus, cum Dianam pluribus nominibus appellasset, tandem ait:

Sis quocumq; placet

Sancta nomine, Romuliq;

Anciq;, ut solita es, bona

Sospites ope gentem. (k)

Unde usitata precum clausula fuit; SEU. QVO. ALIO. NOMINE. INVOCARI. VOLUERIS. vel hæc: SIVE. QVO. ALIO. NOMINE. FAS. EST. APPELLARE. Pontifices scribit Servius [L]. precari solitos in hæc verba: *Jupiter omnipotens, seu quo alio nomine appellari volueris.* Apud Martianum Capellam (m)

Philologia junonem ita deprecatur: *juno pulchra, licet aliud nomen consortium tibi cœleste tribuerit, at nos â juvando junonem sicut & jovem dicimus, nominamus; seu te Lucinam, quod lucem nascentibus tribuas, ac Lucetiam convenit nuncupari.* Quin & dubiâ illa compellendi formula, QVISQVIS ES, in occursum ignotorum usurpatâ (n) utebantur compellantes Deos, si de eorum numine & nomine non satis constaret. Ita Ovidius nesciens cui Numini creationem adscriberet, aut quod nam nomen ei sine errore tribueret, canit:

Quisquis fuit ille Deorum. (o)

ET APUD VIRGILIUM ÆNEAS;

Sequimur te sancta Deorum

Quisquises. (p)

Et ne in sexu aliquem errorem committerent, utrumq; conjungebant dicentes: SIVE. DEUS. SIVE. DEA. ES. Quod præter Arnobium, antiquæ & reconditæ Doctrinæ virum, (q) inscriptio illa, quæ apud Boethonium (r) legitur, testatum facit:

SIVE. DEO.

SIVE. DEÆ,

C. TER. DEXTER.

EX. VOTO.

POSUIT.

Sed superstitioso hoc invocandi ritu factum est, ut quæ primum unius Dei diversa nomina erant, post Numina diversa æsti-

(i) lib. 1.
Thebaid.

(k) Hymn.
ad Dian.

(l) Comm.
in lib. 4. Æneid.

(m) lib. 2.
nupt.

(n) Briffon
l. 8. Form.
solenn.

(o) lib. 1.
Metam.
fab. 2.

(p) lib. 4.
Æn. v. 576.

(q) lib. 3.
advers. gent.

(r) Quæst.
Rom. 13.

æstimarentur, & πολυθεότης hinc apud Ethnicos majora indi-
 escaperet incrementa. Quamquam Sapientes & emunctio-
 ris naris homines nominum multitudine non movebantur, ut
 plures Deos crederent, ut potius diversa illa ex diversis DEI
 muneribus ac operationibus æstimarent, uniq; DEO pro variis
 effectibus competere affirmarent. Sic enim humanæ Sapientiæ
 Coryphaeus Seneca (s) ait: *Quoties voles, tibi licet aliter hunc
 auctorem rerum compellare. Tot appellationes ejus possunt esse,
 quot munera. Hinc & Liberum Patrem & Herculem nostri
 putant. Sic hunc Naturam voca, Fatum Fortunamq;: Omnia
 ejusdem Dei nomina sunt, variè utentis suâ potestate. In eun-
 dem sensum vetus Poëta Hermesianax: (T)*

(s) lib. 4. de
 Benef. c. 7.
 & 8.

(T) vid. ja-
 cob. Ouzel
 animadv.
 Minut. Ec-
 lic. Octav.
 p. 80.

Πλάτων, Περσεφόνη, Δημήτηρ, Κύπρις, Ἔρωτες,
 Τριτωνες, Νηρεὺς, Τηθύς, καὶ Κυανοχαίτης,
 Ἑρμῆς δ', Ἡφαιστὸς τε κλυτὸς, Πάν, Ζεὺς καὶ Ἥρη,
 Ἄρτεμις, ἢ δ' ἐκάεργος Ἀπόλλων, εἰς θεὸς ἐστὶ.

(v) lib. 4.
 de Civit. De
 i c. 9.

Similiter Romanorum doctissimus Varro apud Augustinum,
 (v) *Doctores Gentium*, inquit, *& si deos Deasq; plures nomina-
 bant, in uno Jove comprehensos voluerunt, qui unum Deum absq;
 statuis & simulacris venerabantur.*

Cæterum ut ad nostrum institutum, cujus causâ
 hæc præmissimus, tandem veniamus, ex horum nume-
 ro, quos in Deos superstitione mortalium consecravit,
 HERCULEM, cujus supra mentio facta, Virum omni
 virtute præstantem heic sistimus. Non enim veremur,
 si eum hominem fuisse, profiteamur, ne idem nobis
 obtingat, quod Valerio Sorano, qui teste Plutarcho.

(X) Quæst.
 Rom. 61. vii
 de & Pieris
 um in Hi-
 erogl. lib.
 36.

(X) *Quod hujus generis arcana propalare ausus fuisset,
 mortis supplicio pœnas dedit. In huius viri vitam
 tanquam in speculum Adolefcētes, sub vexillis nostris
 militantes inspicere, & exemplum inde imitationis
 sumere in eligendâ Virtutis viâ jussumus, quum Officia*

(Y) lib. 2.
 de dictis
 & factis So-
 eratis.

*Ciceronis à nobis publicè explicarentur. Quandoqui-
 dem ibi Orator HERCULEM ex Xenophonte (Y)
 de vitæ genere eligendo secum deliberantem intro-
 ducit*

ducit. Hic enim postquam ex ephelis excesserat, in
solitudinem exiit, atq; ibi sedens diu secum mul-
tumq; disputavit, duas vias cernens Voluptatis alte-
ram, alteram Virtutis, utram ingredi melius esset? Tan-
dem duas obviam habuit mulieres ornatu gestibusq;
diversis, eximiâ formæ pulchritudine alteram, alte-
ram paulo obefiore corpore ac facie peregrinis colo-
ribus superindutâ. Harum postrema, Voluptas quæ
salutabatur, omnia jucunda lætaq; pollicebatur, quæ
Herculem capere & delinire possent: Altera verò,
quæ Virtutis insigniebatur nomine, nec Voluptatem
nec otium promittebat, sed laborem multasq; mole-
stias devorandas ostendebat; simulq; præmia sponde-
bat ac brabea, quæ felicem, beatum, divinum prope
hominem juxta atq; immortalem reddere possent. Quo
facto Hercules spretâ ac repudiatâ Voluptate, Virtutis
prescit vestigia. Hanc Herculis Historiam de optimo
vitæ genere seligendo sub formâ Dramatis Oratorii
in præfati repræsentare animus est, eâ potissimum fini,
ut Discipuli nostri vitam melius conformare ac rege-
re, & *Officia Ciceronis hætenus explicata ad usum aliquem
ex parte transferre* discant. Quo autem illud ordine
modoq; fiat, docet hæc

OECONOMIA.

PROLOGUS præmissis nonnullis, quæ sive vera sive
fabulosa de Hercule nobis reliquit antiquitas, acturis
audientiam benevolentia plenam impetrare conabi-
tur. Hinc

ACTU. I.

- I. EVBVLVS suadebit Herculi, ut certum vitæ genus maturé eligat.
- II. HERCVLES diu multumque secum deliberabit remotis arbitris, du-
bitabitq; utram ingredi viam melius sit, Virtutis an Voluptatis.
- IIIV OLVPTAS pededentim accedens blandis verbis Herculem in suas
partes trahere studebit.

D

IV. Vi-

- IV. **VIRTUS** Voluptatem vis coloribus depinget, eamq; viperino sanguine cantius fugiendam esse docebit.
- V. **HERCVLES** spreta Voluptate, Virtuti locum dabit. Sed cum virtus familiâ satis ampla gaudeat, nonnullas filiarum ipsius, coram intueri & audire desiderabit Hercules, quarum sermonibus ulterius informetur, ideoq; ut in scenam istâ prodeant, matrem **Virtutem** rogabit.
- VI. **VIRTUS** eius petito annuev.

ACTV. II.

- I. **VIRTUS** filiarum quibusdam in conspectum adductis Herculi gratulabitur de agnito Virtutum præ Voluptate decore, & filias ordine dicere jubebit.
- II. **PIETAS**
- III. **PRVDENTIA**
- IV. **FORTITVDO**
- V. **IUSTITIA**
- VI. **TEMPERANTIA**
- VII. **CONCORDIA**
- } Herculi sese ordine Comendabunt.
- VIII. **HERCVLES** gratulabitur sibi de tantâ Virtutum promptitudine ac benevolentia, Sed cum duas ad Virtutem perveniendi vias esse percipiat, per Martem alteram, alteram per Artem, petet ulterius, ut quia Eruditi æquè ac Milites generosi eam instar Matris venerantur, Prærogativæ aliquod inter eos certamen instituat atq; adeo clarum sibi reddatur, utrum armis an literis Virtutem colere, adeoq; inclarescere satius sit.
- IX. **VIRTUS** ejus voto satis faciet,
- X. **Musica** intercalabitur

ACTV. III.

- I. **HERCVLES** à Militibus juxta ac Studiosis petet, ut mentem suam coram explanare velint.
- II. **MILES PRIMVS** vitam militarem Herculi laudabit.
- III. **MILES SECVNDVS** in Eruditorum vitam & navos in vehetur.
- IV. **STVDIOSVS PRIMVS** Eruditorum Prærogativam tuebitur.
- V. **STVDIOSVS SECVNDVS** Militum vitia multis per stringet.
- VI. **HERCVLES** Militiam cum arte conjungi posse statuet. Sed cum Disciplinarum ingens sit multitudo, rogabit, ut convocato Sapientum senatu, cuinam Arti præ cæteris incumbat, solertiùs explicari sibi liceat.

ACTU IV.

- I. **HERCVLES** septem Artium Professores & Præfides rogabit, ut suam quilibet dignitatem commendet.

II, PRO

- III. PRO GRAMMATICA
- III. PRO RHETORICA
- IV. PRO LOGICA
- V. PRO ASTRONOMIA
- VI. PRO GEOMETRIA
- VII. PRO ARITHMETICA

} perorabitur, variisq; pugnabitur
rationibus.

VIII. MUSICA masculè se defendet ac commendabit non verbis tantum, sed variis etiam instrumentis Musicis & Cantilenâ illâ Academicâ: Isti ein Leben in der Welt / das mir etwa wol gefelt / ist es das Studenten Leben ic.

IX. HERCVLES his auditis unum adhuc restare dicet, nempe ut intelligat quodnam recreationis genus se potissimum deceat, cum literis semper impallescere ipsi Eruditi prohibeant.

ACTV. V.

- I. HERCVLES ut de Corporis Exercitiis differatur, rogabit.
- II. Pro EQVITATIONE } quædam afferentur, quibus singu-
- III. Pro VENATIONE } larum Præstantia Herculi com-
- IV. Pro GLADIATORIA } mendetur.
- V. HERCVLES sibi nunc planè satis factum esse demonstrabit, & læto animo discedet.

Tandem.

- I. EPILOGVS Auditorio gratias aget, dictione quâ solutâ, quâ ligatâ usus.
- II. MUSICA & instrumentalis & vocalis cantione illâ Seit das der End gend Pfad hat Hercules betreten ic. toti Exercitio colophonem imponet.

Harum autem Personarum umbras referent, & quidem

- I. PROLOGI, JOH. FELICIANUS CLARUS, Sandoviâ Saxo.
- II. EUBULLI, GEORGIUS Giesen/Magdeburgo Saxo.
- III. HERCVLIS, LEONHARD-JOACHIMUS Gumburg/Grœninga Saxo.
- IV. VOLUPTATIS, DAVID Spielenberger/ Leutschoviâ Hungarus.
- V. VIRTUTIS, CHRISTIANUS BOHEMUS, Arterâ Thuringus.
- VI. PIETATIS, JOHANNES Rüdiger / Ermischelbiâ Saxo.
- VII. PRUDENTIÆ MELCH. LAURENT. PETROSILIUS, Gvelpherbito Saxo.
- VIII. FORTITUDINIS JOH. SIM. Krause/Sondershusâ Thur.
- IX. JUSTITIÆ, JOH. VVERNERUS Luder/Quedlinburgo Saxo.
- X. TEMPERANTIÆ, JOH. GERHARD. GRULINGIUS, Stolbergâ Cheruscus.
- XI. CONCORDIÆ, ANDREAS Hoffmeister/ Neostadio Lüneburg.
- XII. MILITIS PRIMI, JOH. FRIDER. BERNDIS, Osterburgo Palæ March.

- XIII. MILITIS II. PETRUS MICHAEL Mitsch / Quedl. Saxo.
 XIV. STUDIOSI PRIMI, JOH. Niesenbergh / Hizzakera Lunæburgicus.
 XV. STVD. SECVNDI, FRIDER. HECTOR Rober / Quedl. Sax.
 XVI. PROFESSORIS GRAMMATICES, JOHANN. Bahrem / Quedl. Sax.
 XVII. RHETORICÆ, JOACHIMVS Ludeke / Palæo. Solquellâ Palæo. March.
 XVIII. LOGICÆ, JACOBVS Seger / Zipelenfis Saxo.
 XIX. ASTRONOMIÆ, MELCHIOR CRISTIAN Stüven / jeimicâ Sax.
 XX. GEOMETRIÆ, JOH. Holtorff / Neo-Solquellâ Palæo-Marchicus.
 XXI. ARITHMETICÆ, JOH. VVILHELM, Brodforb / Vifená Thuring.
 XXII. MVSICÆ, GEORG. ANDREAS Roberberg / Alslebia Saxo,
 & ejus Adjuncti, VVEDIGO. ADAM. Rober / Lencensis Marchicus.
 XXIII. ENCOMIASTÆ EQVITATIONIS, FRIDERICVS Rühue / Magdeburgo Saxo.
 XXIV. VENATIONIS, VVOLFGANG. CHRISTOPH. de Hafeborn / Eques Saxo.
 XXV. GLADIATORIÆ, ERASMVS GVNTHERVS Thenerkauff / Niederspirâ Schvvartzburgicus.
 XXVI. EPILOGI. IVST. FRANCISCVS Wiesenbquer / Hildesiâ Saxo.
- Agite igitur Vos trium Hierarchiarum in hac Quedlimburgensium Rep. Præsides, Vosq; cæteri cum Cives literati, tum literarum literatorumq; Exercitiorum amantes Studiosi, (quod CL. DN. RECTOR mecum, eâ quâ par est, ratione rogat) antiquum obtinete & sepositis parumper negotiis gravioribus, sub ipsum duodecimæ meridianæ auspiciis frequentes & faventes in Acroaterio Quedlei nostri Majore comparete. Dabimus id operam, ut si modo conventum fuerit maturius, Dnn. Spectatores justo diutius ne detineamus, & si qua suboriri videtur, prolixitatem, actionis varietate ac jucunditate compensemus. In eoq; erimus toti, ut vobis vicissim πρυτανικῶς (Demosthenis verba sunt) ἀνευκατὰ δυνάτον, gratificandi cupidissimos nos possitis pronuntiare. P. P. Quedlinburgi,
 III. Eid. Aug. Anno Mesiano cIo Ioc LXXVII. quem exprimit Votum istud Chronologicum,
 PaX QVEDLIMbVrgo à Christo
 Ser Vatore!

72 Mit.

0 1 A 6670

ULB Halle 3
 003 108 295



Sb.


VD 18

Vf 17

VD 18







B.I.G.

Farbkarte #13

ATORIUM.

IN. BIVIO.
TVTO.

IM. QUEDLEO.
GUSTI.

IMÆ. MERIDIANÆ.
IUM.

TANDUM.

VOD.
US, ANIMISQ.
S. RENEVOLIS
NDUM.

TRONOS. ET. OMNES.
ERUDITOS. BONOSQ.
IVNCVLA.

D. GENTILIVM.
DSEQ. INVITAT.

HENNINGIVS.
HICVS. P.L. CÆS. ET.
LEI, CONRECTOR.

BURGI.
A. Æ. D. clb 18 LXXVII.

68

66

